



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalivm Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

41. De in integrum restitutione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

virum, cum ei facile occurrere possit appellando, superiorem adeundo: vide tamen quæ dixi ad c. 4. n. 3. supra hoc tit. Seraphin. de privilegiis iuram. prinl. 29. n. 4. Abb. in cap. olim in c. 6. infra de restit. spoliat. Gig. de pension. q. 36. à princ. Couar. de sponsal. p. 2. c. 3. §. 4. n. 10. Barlat. consil. 72. n. 54. vol. 1. Padil. in l. interpositas, n. 14. C. de transact. Milef. in repp. verbo iustit. meus, Mascard. de probat. concl. 105. n. 50. Flamin. de resign. l. 1. §. 1. à n. 14. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 1. c. 10. §. 7. optimè Basil. Ponc. de impedimentis matrimonij, c. 29. §. 6. vers. ceterum, Vgolin. de censur. tab. 2. c. 24. in princ. n. 1. Illustr. D. meum Rodericum à Cunha in comm. ad c. 1. n. 1. & 2. dist. 74.

6 In gloss. Metum, ibi, unde videtur relinquendum arbitrio iudicis. Notatur ad hoc quod arbitrio iudicis relinquitur qui metus dicatur cadere in virum constantem, similis gloss. verbo, cruciatum, in l. interpositas, C. de transactionib. Couar. de sponsalib. 1. 2. c. 1. §. 4. n. 8. Decian. consil. 18. num. 131. cum segg. lib. 1. Farin. fragm. crimin. p. 2. lit. M. n. 67. cum segg. Menoch. de arbit. casu 135. num. 2. Flamin. de resignat. benefic. lib. 1. §. 9. 1. n. 59. Sanch. de matrimon. lib. 4. disp. 5. numero 1. & disp. 9. num. 5.

7 In gloss. Ad facultatem, ubi, Item nota quod in spiritualibus non habet locum in integrum restitutio, quia non videntur decipi, qui meliorem vitam elegerunt. Minor enim quoad professionem & cetera spiritualia censetur maior, circa quæ restituendus non est, vt resoluunt Sanch. de matrimon. lib. 7. disp. 37. n. 21.

SVM MARIVM.

- 1 Amissa res probatur per iuramentum probata violentia per testes, & super valore rerum amissarum taxatione iudicis premissa, & secuto perentis iuramento sit condemnatio.
- 2 Violentia probata per testes res amissa probatur per iuramentum.
- 3 Quantitas probari potest per iuramentum mutuantis probata mutui numeratione per testes, qui non recordantur de quantitate.

CAP. Super eo. VII. & vlt.

Gregor. IX.

1 **Q**ui lite non contestata conqueritur coram iudice spolij se spoliatum per violentiam, & per iuramentum suum res amissas, iudex considerata qualitate personæ, & rerum, & quod non facile deiuraret, poterit condemnationem facere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zab. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anch. Host. Panorm. Bald. Henric. Boich. Imol. Viuian. in rationali primi libri iuris Pontificij, pag. 542. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 189. remissive Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2.

2 Collige ex text. quod probata violentia per testes, res amissa probantur per iuramentum. Vide l. 9. tit. 10. p. 7. ubi gloss. 9. & l. 1. tit. 5. lib. 1. Ordinan. ubi Perez gloss. 2. à princip. Bart. in l. 3. n. 16. ff. de aliment. leg. lason. in l. ex maleficiis, n. 90. in princ. Instit. de action. Azoned. l. 3. n. 47. cum segg. tit. 13. lib. 4. nona recopil. Bonacof. tom. 1. com. opin. lib. 3. tit. 27. n. 1. cum segg. pag. 358. Seraphin. de privilegiis iuram. prinl. 31. n. 102. Mascard. de probat. concl. 952. n. 13. & concl. 1329. n. 18. Cardof. in praxi iudicium, & Advocatorum, verbo, interdictum, n. 22. in fine.

Sic etiam probata mutui numeratione per testes, qui non recordantur de quantitate ea probari potest per iuramentum mutuantis, præcipue si vlt. testium de visu enumerationis deponentium dicta alia coniectura adhuc conuenient. Vide Cacheran. Pedem. decif. 96. n. 3. Boer. decif. 319. n. 4. in fin. Ioseph. Ludou. Perus. decif. 100. n. 1. Franc. Viu. Decif. 108. Surd. Mantu. decif. 199. n. 5. Stephan. Gratian. Marchia decif. 109. n. 59 & discept. forens. c. 44. n. 45. Marc. Anton. Bellon. Genuesi decif. 119. n. 4. & decif. 141. n. 3. & decif. 208. n. 2. Cur. Philip. p. 1. §. 17. n. 25. in fin. Bellacomb. tom. 1. communium opinion. lib. 4. tit. 2. n. 127. pag. 461. Parlad. lib. 2. rerum quorid. c. 18. Seraphin. de privilegiis iuram. prinl. 36. Mascard. de probat. concl. 184. Peregrin. consil. 71. n. 11. vol. 1. Muscatel. in sua praxi aurea Cuius Neapol. p. 7. gloss. conclusio, n. 24. Camill. Borrel. in summa omnium decif. tit. 5. n. 59. Unde debiti substantia ubi probatur status libro scribentis respectu quantitatis, si adiut coniectura, Mascard. concl. 973. n. 43. Surd. decif. 199. n. 5. Quid si testes deponant de venditione, asserentes se vidisse perfectè conuentum de re, & pretio, sed non recordari de quantitate pretij, vide Pinel. n. 1. rubr. l. 2. C. de rescind. vendit. p. 2. c. 1. n. 7. Bellacomb. tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 34. n. 29. Bernard. Græua. ad practicum Camera Imper. lib. 2. concl. 13. consil. 1. n. 5. Mascard. concl. 1403. num. 1. Cald. Pereira de emptione, & vendit. cap. 18. num. 16.



De in integrum restitutione.

TIT. XLI.

SVM MARIVM.

- 1 Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.
- 2 Restitutio in integrum materiam qui Doctores tractant, citantur.
- 3 Restituere dicitur à retro & statuo, quasi retro statuere, sicut restituere deducitur à retro dare.
- 4 Restituere verbum amplam in iure habet significationem.
- 5 Restitutio proprie sumpta differt à solutione, & red-ditione.
- 6 Restitutio differt à satisfactione, in foro tamen consentientia frequenter ponitur restitutio pro satisfactio-nem.
- 7 Restitutio in integrum est reintegranda rei vel cas-satio, seu repositio in pristinum statum.
- 8 Restitutionis duo sunt capita, alterum maiorum 24. annis, aliud vero minorum, & illorum, qui iure minorum funguntur, veluti Ecclesia, & simi-lum.



SUPER hanc rubr. scripserunt Zab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panormit. Butr. Guillem. Dnrand. in breuiario aureo iuris Canonici, fol. 42. Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canonum, fol. 166. Petr. de Rauennan. compend. iuris Canon. Martin. Mefhart. in epitome Decret. fol. 44. verso, Dan. Venator in analysi methodica iuris Pontif. à pag. 11. Goffred. & Host. in summa huius tit. Alex. Cassan. & Anasl. Germ. in paracitio ad quinque libros Decret. Lancel. in instit. Canon. Canif. in sum. iur. Canon. Cafarel. in erotem. eiusdem iur. Barth. Carthag. in expo-sit. tit. iur. Canon. nouissime Ioan. Honor. lib. 1. summ. in Decretal.

Decretal. omnes super hac rubr. & vol. 2. repet. in iure Canonico ad primum Decretal. librum, Quintil. Mandos. in appendice.

- 2 De materia huius tit. vide tit. 19. p. 6. & l. 4. & 5. tit. 5. lib. 4. *nova recop.* Anton. Gom. var. tom. 2. de contrahib. c. 14. Rebuff. ad leges Gallie, tom. 2. tit. de restit. in integr. Donel. *comm. iuris Civilis*, lib. 2. c. 4. Mench. *usufreg.* c. 6. § 1. n. 3. Morla in *emporio iuris Civilis*, p. 1. tit. 5. Molina de *iustitia tract.* 1. disp. 57. Nauar. & Sayr. *sub hoc tit.* Cald. Pereira in *comm. ad l. si curato-rem*, c. hoc tit. de quo integros tractatus edidit Ioan. Mauritius, Sfortia Oddus, Iacob. Cujac. & Robert. Lancelot.
- 3 Restituere dicitur à retro & statuto, quasi retro statuere, sicut reddere ducitur à retro dare l. *verbum reddendi* 94 ff. de *verbor. signif.* notant Alciat. in l. restituere autem, n. 1. ff. *illo tit.* Molin. de *iustis* tom. 3. disp. 714. n. ult. Vnde quia per restitutionem minores, Ecclesiæ, seu alij, qui restitutione potiuntur, de quibus vide Conan. in l. cum seqq. ff. hoc tit. pristinum ius suum recuperant, l. quod si maior, §. restitutio, ff. de minor. l. 3. ff. hoc tit. cap. 1. in fr. eod. in integrum restitui dicuntur; secundum quam acceptionem verbum hoc amplam in iure habet significationem, sic enim dicitur Princeps restituere natalibus in l. 2. & per tot. ff. de natalib. restit. restituere famæ, in l. 1. §. ait prator ff. de postulando, restituere honoribus, & ordini, in l. 1. C. de sent. passis, c. ult. in fin. 2. q. 3. causæque etiam de quibus iterum ex integro cognoscitur, restitui in integrum dicuntur in l. diuus Adrianus 33. l. Imperatores 24. ff. de re iudic. prosequuntur Rebuff. & Alciat. *distis locis*, & Azor. *instit. moral.* p. 3. lib. 1. c. 1. à princip. & denique, quia dicta restitutio rem cum omni sua causa in pristinum statum reponit, ac si læsio non interuenisset, l. restituere 1. & 2. ff. de *verbor. signif.*
- 5 Restitutio in hac significatione proprie sumpta non solum differt à solutione, & redditione, sicut & verbum restituere, à verbis solvere & reddere, vt ex d. l. *verbum reddendi* 94. l. solutionis verb. 176. ff. de *verbor. signif.* iuncta d. l. restituere 1. & 2. eod. tit. & ex bonis
- 6 Auctoribus post alios ostendit Azor. d. c. 1. q. 1. sed etiã à satisfactione, hæc namq; generaliter accepta, prout differt à satisfactione in specie, quæ est tertiam pars Sacramenti Pœnitentiæ, de qua in c. satisfactio, de pœn. dist. 3. tunc dici ut quoties desiderij alicuius implemus, teste Iurecons. in l. 1. in princ. ff. qui satisf. cog. ac subinde tantum importat impletionem eius quod aliquo modo debetur, l. solutione, l. satisfactio 32 ff. de solut. d. l. solutionis verb. vel remissione pignoris, vel pacto, vel aliquo quocunq; modo, etiam per æquipollens fieri potest l. si rem 9. §. omnis ff. de pign. act. Sicque merito text. in c. ult. in princ. de iur. ponens regulam generalem pro iniuria, vel damno culpa data satisfactionem fieri præcipit, in idemque est text. in c. in literis, in fin. de rapior. c. praterea 7. vbi Abb. n. 3. de usur. Restitutio verò necessariò præsupponit cessionem, ac subinde repositionem in eundem statum, quem læsio abstulit, neque alio modo fieri valet, vt tradunt Nau. in *man. c. 3. n. 1* & c. 17. n. 11. Molin. d. tom. 3. disp. 715. n. 2. Azor. vbi proximè. Insuper satisfactio proprius refertur ad iniuriam, restitutio verò ad damnum illatum, vt per Sot. ib. 4. de iust. q. 6. art. 1. Vnde propter offensam Deo in peccando illatam rectè dicimus eidem satisfacere per pœnitentiam c. vlt. de simon. explicat eleganter Molin. n. 3. vbi proximè: restituere verò minime, quia nihil ab eo auferre possumus, quod restitutione reddatur, declarant Sot. vbi sup. Petr. Nau. de rest. lib. 1. c. 2. n. 22. vbi alias differentias inter utramque prosequuntur. Nihilominus ta-

Tom. I.

men in iure præcipue quoad forum conscientie frequenter ponitur restitutio pro satisfactione, vel è conuerso, iuxta text. in reg. peccatum, iuncta doctrina *glos. 2. ibid. de regul. iuris* in 6. intendunt Sot. vbi proximè, Nau. d. c. 3. n. 1 Fr. Ludon. in *instrucl. consciens* p. 1. c. 96. & merito, quia satisfactio generaliter sumpta comprehendit etiam restitutionem, iuxta text. in d. c. ult. & restitutio latè accepta satisfactionem, vt deducitur ex doctrina d. *glos. 2. in d. reg. peccatum*, notant Nau. d. n. 1. Molin. Petr. Nau. n. 25. *distis locis*, sicut etiam in foro exteriori solutio debiti etiam si nulla præcedat mora, aut læsio, si tamen præcisam desiderat traditionem, restitutio appellatur, sicque dicitur restitui hæreditas ex Senam. cons. Trebell. iuxta text. in l. 1. & per tot. ff. ad Trebell. restitui dos soluto matrimonio.

Omissis, ergo aliis restitutionis speciebus, quæ sub generali nomine comprehenduntur, prout est illa, quæ pertinet ad forum conscientie, de qua in d. reg. peccatum, illa etiam, quæ fit ratione spoliij, de qua in tit. ff. de vi & vi arm. & de restitutione spoliatorum, & similes, quas prosequitur Bero. in hac rubr. n. 2. restitutionem in integrum definit Paul. Iurecons. lib. 1. sent. tit. 7. quod sit reintegranda rei, vel causæ actio, quam definitionem explicat Cujac. ibi in notis, vt idem importet, ac si diceret Paul. restitutionem in integrum esse actionem restitutoriam, vel decisoriam, quæ res nobis certa, seu ius, vel qualibet alia causa reintegratur, in idemque reincident explicatio eiusdem definitionis quam tradit Donel. *comm. iuris Civilis*, lib. 2. c. 4. quod verò ratione rei vel causæ in eadem definitione signetur ex Isidor. lib. 5. *etymol.* tradit Cujac. in rubr. ff. eod. tit. aliam definitionem ex verbis text. in l. 2. C. in quibus causis in integr. rest. adducit Donel. vbi proximè, nempe quoddam sit amissæ causæ reintegratio, cui definitioni concidit etiam alia quam Doctores communiter tradere solent, asserentes restitutionem esse repositionem in pristinum statum, vt per Bart. & Doct. per text. ibi in d. l. quod si minor. §. restitutio; idem Bart. in l. interdum, n. 3. vbi Ialon. n. 4. ff. de condic. indeb. & in l. quis proprio, §. idem quaeritur, n. 1. ff. de procurat. idem Ialon. in §. rursum n. 76. *Instit. de actionib.* Ruin. in l. 1. §. renuntiatio, n. 201. ff. de noui oper. nunt. Grat. conf. 40. n. 1. lib. 1. & alij, de quibus Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo implorare num. 3. sequuntur Maur. de *integ. restit.* cap. 1. in princ. Sfort. Odd. & plures ab eo relati in simili tract. part. 1. q. 1. n. 44. Menoch. de *recup. in re preiud.* num. 5. Morla in *emporio iuris* p. 1. tit. 5. n. 3. quæ omnes definitiones rectè conueniunt restitutioni quatenus est nomen generis de qua agit tit. ff. de in integr. restit. comprehenditque cæteras omnes restitutiones, siue maiorum, siue minorum. Quare de illa Doctores sic definiētes intelligendi sunt, vt bene aduertit Bero. num. 3. vbi proximè, sicut etiam de eadem intelligi debet definitio Specul. in rubric. de in integr. restit. & alia Hostiens. qui eodem modo definit in *summa eod. tit.* §. 1. vt iam non immeritò ex aliis fundamentis de prædicta communi definitione dubitauerit Rebuff. tom. 2. ad leges Gallie, tit. de restit. in prefat. numero 3. & post eum Cald. Pereira d. loco num. 4. Maur. vbi supra alias tradentes definitiones, vltra illas, de quibus Sfort. ex num. 34. Aduertere namque debuissent Doctores, iura ab eis citata non loqui, neque definire nisi restitutionem in integrum in genere sumptam, non verò de speciali restitutione minoris tractare, de qua ipsi addunt, quod si de alia restitutione speciali loquuntur, describunt potius restitutionis effectum, & non ponunt definitionem, secundum quem sensum non ineptè Iurecons.

E c 2 sub

sub tit. de minorib. in quo de speciali restitutione minorum agitur, posuit d. s. restitutio, quinimo aptissime ad docendum qualiter illa restitutio minorum facienda sit, & idcirco non dicit, restitutio est, sed restitutio in integrum facienda est, ut unusquisque integrum ius suum recipiat, ut ita signaret se non porere definitionem restitutionis specialis, sed magis illius effectum, & quid continere debeat.

8 Restitutionis sic in genere definita duo sunt capita, ut bene ad propositum notavit Donel. d. lib. 2. c. 5. in princ. alterum restitutionum maiorum viginti quinque annis, aliud verò minorum, & illorum, qui iure minorum funguntur, veluti Ecclesiae, & similia, satis deducitur ex serie tit. ff. de integr. restitu. cum tit. l. seq. & ex tit. C. de integr. restitu. minor. iuncto tit. ex quibus causis maior, quia verò licet restitutiones minorum ipsorum sint propriae, & singulares, ita ut maioribus non competant nisi aliquando personis minorum, ut supra, ex tamen quae maiorum sunt, eadem sunt cum minoribus communes, ita ut ex omnibus causis ex quibus maiores ex iisdem quoque minores, non tamen quae maiores restitui possint, cum eis propter aetatis imbecillitatem plus tribui debeat, non verò minus, ut in terminis docet Bart. in l. cum filius. §. in hac, n. 4. ff. de verb. oblig. sequuntur Emman. Costa in §. cum in bello, verbo pater, n. 7. & nemine citato Donel. ubi proximè.

S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesia enormiter laesa in contractu emptionis, vel locationis, potest petere restitutionem in integrum, emptor tamen siue conductor non debet fraudari in pretio suo, vel in sumptibus per eum factis.
- 2 Manifeste apparere idem est quod legitime per testes, vel aliter secundum ius.
- 3 Prelatus non potest res Ecclesiae acquisite deteriores facere.
- 4 Ecclesia habet ius minoris in restitutione consequenda.
- 5 Hospitalia & loca pia, quae per administratores reguntur, gaudent iure minoris.
- 6 Confratres gaudent iure minoris.
- 7 Respublica, civitas, & Universitas gaudent iure minoris.
- 8 Fiscus gaudet iure minoris.
- 9 Ecclesia coram quocunque iudice possit restitutionem in integrum, & rescissionem contractus petere, ostenditur.
- 10 Alienata res per restitutionem in integrum renouatur, nec satis est supplere lesionem pretij.
- 11 Ecclesia restituta restituendum est pretium ei, qui cum illa contraxit, etsi de illo non fiat mentio in sententia.
- 12 Contractus quoties per restitutionem in integrum rescinditur, tunc emptor de meliorationibus, & expensis rectè agere, remque ipsam retinere poterit.
- 14 Lesio enormis ad consequendam restitutionem necessarius est probanda.
- 15 Ecclesia restituatur usque ad quadriennium vile à principio, data tamen scientia.
- 16 Restitutio enormissima stante lesione peti potest etiam post quadriennium.
- 17 Dicitio, semper, aliquando sumitur pro quotiescumque.
- 18 Alienatio rei Ecclesiae facta cum solemnitate debita sine ulla iusta causa quatuor requisitarum innuenda est.

CAP. Requisiuit. I. Alex III.

Ecclesia quando est laesa in aliquo contractu, v. g. alienationis, & detrimentum manifestè apparet, est reddenda in pristino iure, & proprietate, quia Ecclesia habet privilegium minoris, & Episcopus non potest eam deteriorare, restituendi tamen sunt laicis sumptus, & labores, quibus bona fide meliorarunt res Ecclesiae. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Zabari. Collect. Bellam Host. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Anchar. Panorm. Butr. Beroi. Mantua, Viu. in ratio al. primi libri iuris Pontif. pag. 544. Alagona in compe. d. iuris Canon. pag. 190. & volum. 1. repet. in iure Canon. ad primum Decretalium librum, Quintilian. Mandos. remissive Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & refertur ab Anton. Augusti. collect. 1. Decretal. lib. 1. tit. 3. c. 1. & est post Concil. Lateran. p. 29. c. 7.

Sub modico censu, &c.] Text. hic difficilis reputatur dum quaritur adversus quem contractum concedatur in integrum restitutio, glof. 1. bic. & Pinel. aliud agens in l. 2. C. de rescind. vendit. p. 3. c. 1. n. 2. i. arbitrantur procedere in emptione, & venditione, accipientes verba illa, sub modico censu, pro modica pecunia in vim pretij, & verba in fine, ibi, coloni, id est emptores colentes possessiones ipsas: sed quilibet etiam leuissimis tinctus literis faciebitur praedictis verbis manifestam fieri violentiam. Alij intelligunt in locatione ad longum tempus, ut ita sit sensus quod si Ecclesia laedatur in contractu locationis, restituenda sit circa rem ipsam, non verò ad pensionis supplementum, post alios Pinel. ubi prox. sed non placet, quia text. supponit ius & proprietatem possessionum per contractum fuisse translatam ad laicos, patet ibi, redire, quod verbum supponit translationem iam praecessisse quoad utrumque dominium, sanè quamvis locatio ad longum tempus vile dominium transferat in conductorem, ob idque non possit fieri à prohibito alienare, ut dixi in collect. ad lib. 1. tit. 13. c. 3. n. 12. nunquam tamen directum: ergo de locatione ad longum tempus intelligi non potest, ut rectè considerant Abb. & Beroi. & alij statim referendi.

Quamobrem iuxta verba huius text. supra relata cum Fortun. intellige restitutionem fuisse concessam adversus contractum censuarium verè & propè consideratum, certum enim est de ratione census esse quod utrumque dominium transferat in accipientem, cum debita tamen subiectione, quae domino antiquo praestanda est iuxta formam conventionis, plane text. hic de conventionione agit per quam omne dominium tam vile, quam directum translatum fuit, patet ibi, ad ipsius convenit ius, & proprietatem redire, ut supra explicatum fuit. Deinde text. in initio expressè agit de possessionibus sub modico censu concessis, ergo, ut verba haec in sua proprietate retineantur, & sequentia consonent, omnino oportet intelligere de conventionione censuali, & ita cū iudicio rectè intelligunt post Abb. Ber. in presenti, alij, quos refert Felician. de censibus in proemio, n. 9. versic. & quo, unico verbo Valasc. de iure emphyt. quest. 32. num. 31. Nec obstat quod verba illa, ad ius & proprietatem, aequè proprie, immo magis adaptari possunt contractui emptionis, & venditionis, de cuius natura est omne ius & dominium transferre in emptorem, cum manu lata 80 in fin. ff. de contrah. empt. Respondetur enim priora verba, sub modico censu, hunc intellectum non admittere, deinde verbum, coloni, infra adiectum proprius dici de censuariis, quam de emptoribus, ut rectè

rectè aduertit Mant. *hic num. 26.* Tandem non obstat quoddam retento hoc intellectu Ecclesia dici non possit notabiliter laesa ac subinde restitutioni in integrum locus esse non debuerat, contra text. in *praesenti*, quo argumeto à praedicto intellectu nouissime, ut ille ait, recedit Mant. *ubi proxime*, neque enim laesio contingere dicitur quamvis res maxima sub modico censu concedatur, quia ut plurimum res quamvis opulenta per huiusmodi contractum sub minima pensione conceduntur in cognitionem pristini dominij, ut est de natura census. Respon. namque adhuc laesionem considerari posse, quae sufficiat ad in integrum restitutionem, dum in eo quod res in censum fuerint concessae, & ideo redire iubentur ad ius & proprietatem Ecclesiae, tum etiam quia fortè respectu ad rem ipsam census fuit modicus, & iniustus, ut text. habet, neque oportet laesionem enormem esse ut restitutioni fiat locus, cum etiam ob minimam, dummodo maiori rei, vel summa non praedictetur, restitutio concedatur, gloss. 2. recepta per text. *ibi in l. scio 4. ff. de integ. restit.* plures, ut per Con. lib. 1. var. c. 3. n. 11. *vers. bis*, Costa in §. & quid si tantum, p. 2. n. 66. Pinel. in l. 2. C. de rescind. vendit. p. 1. n. 26. Padil. in l. *quamvis*, n. 3. C. de iuris, & falli ignor. licet contradicant gloss. & Doctores communiter citati ab iisdem.

2. *Et manifestè apparet.* Similis text. in l. *quod si minor* 25. §. non semper, *ibi manifestè*, ff. de minorib. Et intellige, manifestè, id est, legitime per testes, vel aliter secundum ius, Ioan. Andr. Host. Butr. Card. in princ. Abb. num. 2. in *praesenti*. Vnde quando Ecclesia vult in integrum restitui, necesse illa habet plura deducere, & probare, nempe quoddam adit laesio, & quoddam illa manifesta sit, Menoch. conf. 114 n. 12. Rot. n. Lunen. Sarzanen. Iurispraeonatus 18. Maij 1622. coram R. P. D. Merlino.

3. *Detiorum facere.* Similis text. in c. 2. *infr. de donat.* gloss. fin. in c. ult. 16. q. 6. gloss. etiam fin. in c. 2. de *praescript.* Intellige procedere in rebus acquisitis, non verò in acquirendis. Ego ipse de offic. & potest. Episcop. p. 3. alleg. 95. sicut nec habent locum negligente Praelato, ut si praescriptionem patitur, latè Cognol. in l. non fraudantur, ff. de regulis iuris, Tiraq. de iure mariti, gloss. 7. n. 76. cum seqq. Poterit tamen Ecclesia agere contra Praelatum, vel eius heredes, iuxta l. *quicquid* C. arbitrium tutela, gloss. in c. quicunque 12 q. 1. Panorm. *hic* n. 8. Beroi. n. 10. Coulib. 3. var. c. 2. n. 1. Rebuff. in compendio alienat. n. 32.

4. *Et Ecclesia iure minoris, &c.* Notatur ad hoc quoddam Ecclesia habet ius minoris in restitutione consequenda, ut per Enerard. in cent. legalis, loco de minore ad Ecclesiam, Bernard. reg. 219. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo, minoribus, n. 60. Cardos. in praxi iudicum, verbo, Ecclesia, n. 35. Aloys. Ricc. in praxi rerum fore Eccles. decis. 103. n. 3. in 1. edit. & resol. 88. in edit. Sic etiam iure minoris gaudent Hospitalis, & loca pia, quae per administratores reguntur, Marant. de ordine iudic. part. 6. tit. de appellat. numero 85. Tiraq. de causa, priuileg. 138. Valalc. consult. 105. numero 44. Nicol. Garc. de benefic. part. 5. cap. 5. num. 602. Garc. Girond. de priuilegiis, & exemptionum explicat. n. 569. in fine. Item & capellae, Cabed. Lustr. decis. 52. n. 11. p. 2. Et confratrie Guttier. canon. q. lib. 1. cap. 35. num. 14. Malfard. de probat. concl. 869. num. 10. Cabed. Lustr. decis. 51. n. 2. p. 1. Et Resp. ciuitas, & Vniuersitas, per l. Rempub. C. ex quibus causis maiores, & l. Remp. C. de iure Reip. lib. 11. Folier. ad Maxam. de ordine iudic. 4. p. 6. act. 2. n. 97. pag. mibi 430. Balb. de praescript. 3. p. 5. princ. q. 1. n. 5 & 6. Cald. Pereira in d. l. si curatorem, verbo, minoribus, n. 61. Et filicus, Greg.

Tom. I.

l. 3. verbo del Rei, tit. 1. p. 5. & l. 10 tit. 19. p. 3. Ioan. Garc. de nobilit. gloss. 3. §. 1. num. 18. Peregrin. de iure fisci, lib. 6. tit. 2. num. 10. Rebuff. ad l. bona, ff. de verb. signif. pag. mibi 204. Cald. Pereira in d. l. si curatorem, verbo, minoribus, n. 62. Barbosa in l. si mora num. 61. ff. soluto matrim. Et miserabiles personae, Bald. conf. 465. vol. 1. quem refert & sequitur Rebuff. ad leges Galliae, tract. de sent. provision. art. 3. gloss. ult. vers. 10. Et denique studiosus literarum qui poterit restitutionem in integrum postulare, si eo in studio existente res sua fuerit praescripta, Rebuff. de priuilegiis schol. priuileg. 119.

Dubitari potest coram quo iudice possit Ecclesia restitutionem in integrum, & rescissionem contractus petere, tenent aliqui per hunc text. coram iudice Ecclesiastico petendam esse, ut per Roman. sing. 112. Bernard. reg. 219. fallit. 12. Guttier. canon. q. lib. 1. c. 34. n. 10. Imo debere illam petere in foro Rei conuenti, melioribus fundamentis resolunt Couar. var. lib. 1. c. 4. n. 2. Cald. Pereira in d. l. si curatorem, verbo, implorandum, n. 31. D. Barbosa in l. haec absens, §. proinde, n. 3. ff. de iudiciis.

Redire. Ergo per restitutionem in integrum alienata reuocantur, nec satis est supplere laesionem pretij, vide Panorm. in c. constitutus, n. 10. *infr. hoc tit.* Bald. in c. cum causam in 2. n. 1. de restit. Cou. lib. 1. var. c. 3. n. 11. *vers. tertio*. Pinel. in l. 2. C. de rescind. vendit. p. 3. c. 1. n. 20 & 21. latè Mench. quaest. in frequent. c. 65. per totum.

Providendum. Ex hoc text. colligit gloss. ult. *hic* 11 quam sequuntur Doctores, restituta Ecclesia esse restituendum pretium ei qui cum illa contraxit, et si de illo non fiat mentio in sententia, ita per text. in l. vti C. de reputat. & l. quid si, §. restitutio ff. de minor. resolunt Gom. Lusitan. decis. 74. n. 2. Molina de primog. lib. 4. c. 9. n. 43. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo, per quod, à princ. Mench. quaest. frequent. c. 66. Intellige procedere tantum ubi pretium versum est in utilitatem minoris, vel Ecclesiae, quae probatio non Ecclesiae, vel si minori sed aduersario incumbit, l. si sine 3. §. interposito, ff. de administr. int. Bart. in l. 1. C. si aduersus credit. Pinel. d. c. 1. n. 27. Non procedit tamen ubi minor vult restitui ex eo tantum, quia pretium solum amiserit, tunc enim eidem incumbit probatio, quo casu loquitur gloss. in l. praediorum 10. C. de praedictis min. quam sequuntur plures, de quibus per Pinel. *ubi proxime*, n. 25.

Sumptibus. Illud enim generale est ut quoties contractus per restitutionem in integrum rescinditur, tunc emptor de meliorationibus & expensis rectè agere, remque ipsam retinere poterit, donec de expensis satisfiat, ut per Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo, per quod, n. 8.

Ac labore suo. In hac enim melioramentorum, seu expensarum restitutione ne dum sumptuum pecuniariter factorum circa res, de quibus realiter apparet, sed etiam laborum personalium, & eorum, quos personaliter colonus sustinuit in reddendo rem meliorem mediante opera, & industria ipsius, ita Cald. Pereira d. verbo, per quod, n. 11.

In gloss. Detrimentum, *ibi nam pro modica causa non datur restitutio*. Ergo ad consequendam restitutionem necesse est probare enormem Inflationem, similis gloss. verbo, enorme, in c. ad nostram, de rebus Ecclesiae non alien. & verbo, laesa, in c. ult. hoc tit. lib. 6. Xuar. alleg. 21. num. 3. Couar. lib. 1. var. cap. numero 10. Costa in §. & quid si tantum p. 2. numero 76. Rebuff. tom. 2. ad leges Galliae, tract. de restit. articl. 1. gloss. 3. n. 11. Sfort. de in integr. restit. quaest. 4. sub n. 105. Flamin. de resignation. lib. 3. q. 7. num. 27. & lib. 11. q. 4. n. 66. & 67.

Ecce rece

receptior tamen tenet sententia modicam sufficere lationem, per gloss. in l. 2. C. si adversus veniat. Tiraq. in l. si unquam, verbo, omnia, n. 15. Pinel. in l. 2. C. ac rescind. vendit. p. 1. n. 26. Mascard. de probat. concl. 1058. Pereira in d. l. si curatorem, verbo, vel aduersarij dolo n. 7. Valasc. cons. 112. n. 2. & de partit. c. 39. n. 8. Et qualibet iniusticia sufficit pro causa restitutionis in integrum, etiam si non sit notoria. Cael. de Grassis decis. 6. n. 12. de iud. Seraphin. decis. 251. n. 2. Rot. decis. 351. n. 5. p. 1. diuers. & decis. 381. n. 1. & decis. 635. n. 4. in fin. p. 2. recent. & in Reatina honorum 10. Ianuar. 1625. coram bonae mem. Vbaldo, & in Romana restitutionis integrum 20. Maij 1624. coram bonae mem. Patriarcha Manzanedo, Buratt. decis. 451. n. 6. vbi Ferrentil. iur. A. & sufficit quod sententia ex nouiter deductis iniusta detegatur. Rot. in Perusina societatis 20. Maij 1624. coram bonae mem. Vbaldo.

15 In gloss. Iure minoris, ibi, Sic & Ecclesia, tantum usque ad quadriennium, peti restitutionem. Notatur ad hoc quod Ecclesia restituitur usque ad quadriennium utile a principio, puta tamen scientia, per ea quae notantur in c. 1. hoc in lib. 6. & in Clem. 1. cod. tit. Bernard. reg. 653. Anton. Gom. var. tom. 2. c. 14. n. 7. Mench. remed. 15. recap. n. 115. & lib. 5. de praesumpt. pres. 71. n. 2. Sird. decis. 136. n. 1.

16 Enormissima tamen stante latione etiam post quadriennium peti potest restitutio, vt per gloss. in d. c. 1. Greg. l. 10. verbo, mas de la mitad, tit. 19. p. 9. Turzan. tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 24. n. 2. pag. 144. Costa in d. §. & quid si tantum, p. 2. a num. 80. Xuar. alleg. 21. a n. 3. Gam. decis. 233. n. 2. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo, latus, a princ. & verbo, infra, n. 9. Mench. quest. freq. c. 71. n. 7. Flamin. de resignat. lib. 3. q. 7. n. 84. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 48. n. 19. & quo pacto consideretur haec latio, Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 21. n. 21. Vide alia in cap. 1. hoc tit. in 6.

17 In ead. gloss. ibi, Debet intelligi illud semper, id est, quotiescunque. Vide Menoch. cons. 43. n. 16. denotat enim dictio, semper, perpetuitatem, secundum Bald. in l. ab eo, n. 8. C. de fideicom. Par. conf. 90. num. 42. & consil. 92. num. 43. lib. 2. Cald. Caualer. decis. 34. num. 8. & de dictione semper egi late de dictionibus vsusfreq. dist. 61.

18 In gloss. Redire, ibi, Si verò alienatio, &c. Notatur ad hoc quod alienatio rei Ecclesiae facta cum solemnitate debita sine vlla iusta causa quatuor requisitarum inualida est, Felin. in cap. quae in Ecclesiis, n. 1. supra de constit. Nauar. de alienat. rerum Ecclesiae, num. 9.

S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesia laesa propter negligentiam procuratoris, qui iura Ecclesiae produxit, restituitur.
- 2 Intrusus ille dicitur, qui post electionem, ante tamen confirmationem, administrat.
- 3 Electus ad aliquod beneficium, seu dignitatem ante confirmationem potest renuntiare absque superioris auctoritate.

C A P. Cùm venissent. II.

Innoc. III.

1 Ecclesia non praedicitur si eius procurator ex negligentia non exhibet instrumenta, & iura Ecclesiae, & protestatio prodest, & si pendente lite

fiat electio, talis electio non est confirmanda, nec infirmanda. Colligunt ex Ordinarij Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Host. Butr. Bald. Anchar. Panorm. Henric. Viuian. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 545. Alagona in compend. iuris Canonici, pag. 190. remissive Casal. in annot. & Ximen. in concord. part. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decretal. lib. 1. tit. 24. cap. 1.

Qui in causis monasterij, &c. Cùm Capitulum Sede vacante non possit iudicium instituire, nec processus contra Ecclesiam factus valeat, quippe quae caret legitimo defensore, iuxta text. in cap. ultim. de sede vacante, mirum videtur cur in hoc text. monachi vacante Ecclesia possint procuratorem ad iudicia constituere, contra d. cap. ultim. & sine auctoritate Praelati, contra c. causam quae, ibi, cum autem, &c. vbi gloss. verbo, assensu, de iudiciis, inuat reg. qui facit 7. lib. 6. vbi gloss. iura similia citat. Cui difficultati duobus modis potest responderi, primo text. in praesenti, agere solum de negotio & causa electionis, id est, de iure eligendi Praelatum ad Ecclesiam vacantem, quod Sede vacante necessarium est tractandum, nec commodè differri potest, ita gloss. verbo procuratorem in praesenti, quam sequuntur Butr. n. 34. & alij, gloss. 1. in c. cum dilectus, de consuetudine, Felin. in cap. edoceri, n. 7. versic. fallit. 2. de rescript. Nec obstat quod hic text. extra hanc causam procuratorem admittit ad alias, vt patet ibi, in causis, &c. quia responderetur agere de causis, quae circa ipsum electionis negotium possunt contingere, quae omnes tanquam accessoriae ad negotium electionis principale possunt per Capitulum agitari, arg. c. de prudentia, de donat. inter virum, sic alias quamvis suprema potestas Pontificalis vacante Sede Apostol. non maneat penes Cardinales, possunt tamen facere ea omnia, quae sunt necessaria ad Summi Pontificis electionem faciendam, Clement. ne Romani, in princ. de elect.

Potest & secundo modo hic text. intelligi in causis, quae mouentur super bonis distinctis, quae ad solum Capitulum spectant, in quibus illud per se absque Praelato agere potest, argum. d. cap. edoceri, ad finem, ibi, nisi, &c. ac per consequens poterit super eisdem procuratorem constituere, iuxta hunc text. resoluit Abb. & communis in cap. ultim. ac Felin. vbi proximè, quod intellige etiam in negotiis grauissimis, & arduis, in quibus consensus Praelati semper requiritur, quamvis bona ad solum spectent Capitulum, iuxta communem in d. cap. causam, quae Felin. in d. cap. edoceri, versic. prima declar. Vant. de nullitat. tit. ex defectu inhabilitatis, num. 47. Mench. frequent. cap. 16. a princip. adhuc enim iudicium super his bonis, cum ad Capitulum in totum quoad substantiam, & quoad administrationem pertineant, potest Sede vacante non obstante defectu praedicti consensus tractari, vt per Abb. & communem in d. cap. ultim. si tamen iudicia moueantur super bonis, quae non solum ad Praelatum, verum etiam ad Capitulum pertinent, ita vt inter eundem, & Capitulum sint communia, prout in specie d. cap. edoceri, dubitant Doctores an Sede vacante possit per Capitulum expediri, resoluendum est quod non, & ita ampliata decisione d. cap. ultim. obseruant ibi, Abb. & communis, Innocent. Hostiens. Butr. & Imola in cap. 1. ne sede vacante, Abb. in cap. 1. n. 4. de praescript. Felin. in d. cap. edoceri, vers. vacante. Cuius rei ratio est, quia quantumcunque bona sint communia inter Praelatum, & Capitulum, administratio tamen illorum ad solum spectat Praelatum, iuxta d. c. edoceri, ibi,

ibi, cum ex officio, &c. Gom. in reg. de tribunali q. 1. Vant. de nullit. tit. ex defectu mandati a. 26. Vnde nil mirum si iudicia super bonis licet communibus, vlt. quod ad futurum Prælatum suspendantur. Nec obstat bit. c. vnic. in princ. sed vacante lib. 6. c. vlt. de Reg. eod. lib. vbi Capitulum, & Conuentus succedit in collatione beneficiorum, & receptione monachorum sibi, & Prælati communi, quia procedunt illa iura in his, quæ sunt modici præiudicii, secundum Abb. d. 4. secus verò si maximi, vt in his terminis, in quibus agitur de alienatione bonorum Ecclesiæ, quæ magis est præiudicialis, arg. text. in c. si u. cui 42. ibi, alienatione, &c. de elect. lib. 6.

2 Intrusus præsentens.] Notatur ad hoc quòd ille dicitur intrusus, qui post electionem, ante tamen confirmationem, administrat, tunc enim sic administrando ipso iure est priuatus, vt per Rebuff. in sua praxi, reg. de subrogandis collig. gloss. 4. n. 7. Mascard. de probat. concl. 936. n. 7. Selu. de benef. p. 2. q. 7. n. vlt. & p. 3. q. 9. Gom. in reg. de vniuersali. q. 47. casu 3. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resol. 224. n. 1. verj. 4.

3 Renuntians humilimodis electioni.] Notatur ad hoc quòd electus ad aliquod beneficium, seu dignitatem ante confirmationem potest renuntiare absque superioris auctoritate, vt per Flamin. de resign. lib. 7. q. 1. n. 78. & n. 104. resoluit per hunc text. beneficium litigiosum posse absque superioris auctoritate renuntiare, & num. 107. tenet intrusum ad aliquod beneficium posse illi renuntiare absque superioris auctoritate.

Ad ius, & proprietatem indicant Sedis Apost. pertinere.] Hæc verba indicant exemptionem concessam, prout asserit Erasmi. à Cochier de iurisdictione Ordinarij in exemptis, p. 1. q. 9. n. 1. vers. in primis.

S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesia læsa in probatione necessaria omiſſa, potest petere restitutionem in integrum, non obstante termino iuris probationis exclusiuo. Et restitutionem petere non potest non solum contra priuatum, sed etiam contra Ecclesiam.
- 2 Probatio per testes admittitur in actibus requirentibus scripturam si agatur de scriptura declaratione.
- 3 Ecclesia læsa, siue minor, restituitur ad probationem omiſſam.
- 4 Ecclesia læsa in probatione non adstringitur ad probandum quòd illam omiserit, sed sat esse allegare.
- 5 Ecclesia post conclusum in causa admittitur ad probandum ex capite restitutionis.
- 6 Privilegiatus contra pariter privilegiatum an & quando utatur suo privilegio, remissiuè.
- 7 Ecclesia conceditur beneficium restitutionis in integrum, etiam quando agit de lucro capiando, quòd facilitate, vel negligentia Prælati amittit, idem de minore.
- 8 Minor contra confessionem delicti quando restituitur ostenditur.
- 9 Ecclesia fungitur iure Imperij.

CAP. Auditis. III.

1 Ecclesia læsa in probatione necessaria omiſſa potest petere restitutionem in integrum, id est, quòd iterum probet non obstante quòd terminis probandi sit elapsus, & hoc etiam si agat contra aliam Ecclesiam, qui vitur iure minoris. Colligunt

ex Ordinar. Abb. antiq. Zabarell. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Innoc. Anan. Anch. Butr. Panor. Henric. Bald. Host. Vinian. in rationali priuati libri iuris Pontificij, pag. 545. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 190. remissiuè Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 24. c. 2.

Nisi forte, &c.] Notatur ad hoc quòd in actibus requirentibus scripturam admittitur probatio per testes si agatur de scriptura declaratione, vt per Abb. hic notat 2. Dec. in rubr. de constit. n. 12. vbi Felin. num. 6. Aym. de antiquitat. temporum p. 1. fol. 98. n. 25. Burg. cens. 2. num. 83. Flamin. de resignat. lib. 8. q. 2. num. 25. faciunt quæ Tiraq. de retractu, tit. 2. ad finem, num. 61.

Restituimus.] Collige Ecclesiam, læsam, siue minorem restitui ad probationem omiſſam, notant omnes hic, gloss. 3. in Clem. vnic. hoc tit. Felin. in c. Pastorali, n. 8. infr. de except. Balb. de præscript. 1. p. 6. princ. n. 39. vers. & generaliter, Iason. in repet. l. admonendi, n. 58. ff. de iur. iur. Menoch. de arbit. lib. 1. q. 34. num. 11. & conf. 188. num. 17. Ioan. Garc. de nobilitat. gloss. 6. §. 1. num. 53. Mascard. de probat. concl. 1273. num. 11 cum seqq. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo, sua facilitate, n. 27. & verbo, vel aduersarij dolo, n. 20. C. de integr. restit. Sfort. de in integr. restit. p. 2. q. 65. art. 11. & 12. Stephan. Gratian. discipuli forens. c. 158. n. 3. & n. 23. cum seqq.

Sicut asserit.] Per hunc text. tenet Abb. in presenti, num. 7. Ecclesiam læsam in probatione non adstringi ad probandum quòd illam omiserit, sed sat esse allegare. Vide Afflic. decis. 390. n. 5. Capic. decis. 106. n. 8. Rebuff. ad leges Gallia, tom. 2. tract. de restit. art. 1. gloss. 3. n. 18. Aufser. ad Capell. decis. 51. Ioseph. Ludou. tom. 3. commun. opinion. tract. de minorib. concl. 2. Soar. à Pace in pract. p. 1. tom. 1. temp. 8. n. 122. Mascard. de probat. conclus. 1058. n. 14. cum seqq. & concl. 1274. n. 26. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo, læsa, a princ. Bernard. Græuæ. ad pract. Camera Imper. lib. 1. concl. 143. n. 8. cum seqq.

Licet autem, &c.] Notatur ad hoc quòd post publicationem testium Ecclesia, vel minor habet restitutionem ad testes producendos super eisdem articulis, vel directò contrariis, ita in effectu gloss. verbo, omiſſam, Abb. statim in princip. & reliqui DD. in presenti, gloss. verbo, lapsus, in Clement. vnic. hoc eod. tit. Felin. in cap. intimauit n. 2. vbi Abb. num. 2. de reſtitu. idem Felin. num. 6. post med. Bellam. num. 19. & Abb. num. 4. in cap. fraternitatis, de testib. in minore probat. text. in l. minor 17. vbi gloss. verbo, allegatione, ff. de minor. resoluunt Iason. in l. vbi exigitur, n. 5. ff. de edendo. Anton. Gom. tom. 2. var. c. 24. num. 5. Maur. de in integrum restit. cap. 165. & seq. Mench. quest. frequent. c. 31. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo, vel aduersarij dolo, n. 9. Contrariam tamen sententiam tenuit Dyn. in l. 1. §. nuntiaro, ff. de noui oper. nunt. Paul. in d. l. vbi exigitur, & est de mente Innoc. n. 2. in presenti. Sed eas federe distinctionis concordandas esse iudico, vt prima procedat quando nullos omnino Ecclesia, vel minor testes produxit, ita vt elapso termino ad faciendas probationes designato sine testibus minoris, vel Ecclesia publicatio facta sit, quia eo ipso quòd minor non probauit, nec adducit testes, quos poterat adducere, in eis præsumptione patet illum esse deceptum, & per talem præsumptionem constare de eiusdem læsione, ac proinde oportere, vt illi restitutio concedatur, qua concessa non obstante publicatione testes producere poterit ad suam intentionem fundandam, iuxta iura supra citata, & in hoc casu intelligi potest dicta sententia communis Canonistarum.

Ec 4 quam

quam seruati in praxi testatur Aufret. *ad capel. dec. 3.* Secunda verò sententia, vt procedat quando Ecclesia, vel minor plures, vel aliquos arbitrio iudicis numero sufficientes testes ad probandam intentionem suam adduxit, quorum testimonia per ipsum iudicem legitime recepta fuerunt, in quo casu non aliter minor restituitur, quam si probet meliores, & potiores testes pratermississe, constat namque aduersus illum maximam dari presumptionem, quod meliores testes produxit in causa, vt regulariter à litigantibus fieri solet, & vti talem lationem non habere, ac proinde stante tali presumptione denegabitur restitutio, donec doceat interuenisse lationem in eo, quod meliores testes pratermisit, & in hoc casu procedit opinio Bart. in *l. nam & postea*, §. *si minor*, n. 7. ff. de iureiur. vbi Iason. n. 19. dicit communem legistaram, Boer. de *cas. 79. n. 6.* procedit etiam text. in *c. cum venisse* 2. vers. *nos igitur*, ibi, *intelligentes*, quod monasterij procuratores, &c. & in *c. ex literis 4. in princ.* ibi, *intelligimus*, & in vers. *perspeximus*, hoc tit.

Nec prædictæ concordia refragantur text. in *presenti*, vbi testes fuerunt producti, patet in vers. *Verum*, ibi, *probantur per testes*, & tamen text. dicit solummodo ad petitionem propositam, & allegationem partis asserentis necessariam probationem fuisse omisam, restitutione concedit, patet ibi, necessariam (vt asserit) probationem omisit, respondetur cum Imol. in *presenti*, & Iason. vbi supra, dum dicunt adiiciendum esse verbum, & *probat*, quasi dicat text. vt aff. tit. & probat, cum sint termini habiles, quo text. necessario supponere debet, pro vt etiam supponit text. sic intelligendus in *c. suscitata*, ibi, *postulauit, quam eidem duximus indulgendam*, hoc tit. Vel melius dicendum est text. in *presenti* agere de duabus Ecclesiis, inter quas erat controuersia, & à quibus simul petebatur restitutio, patet ibi, quia tamen utraque pars, &c. quo dato cum nemini resuleret præiudicium in concedenda petita restitutione, nil mirum si non fuisset denegata, & vtriusque partis assertioni tanquam vera probationi sine alia probatione staretur.

3. *Conclusum.* Et ita post conclusionem in causa admittitur Ecclesia ex capite restitutionis ad probandum, in quo est notabilis hic text. secundum Abb. Butr. & alios in *presenti*, Socin. reg. 262. Xuar. alleg. 5. n. 6. 11. & 16. Felin. in *c. fraternitatis*, n. 4. de rebus, Mench. quest. frequent. 31. Cald. Pereira in *l. si curatorem*, verbo, vel aduersarij dolo, n. 20. Bernard. Graue. d. lib. 1. concl. 105. confid. 1. n. 46. Azeved. l. 3. n. 26. tit. 8. lib. 4. noua recop. Conclusum in causa quando dicatur ostendit optime Marc. Anton. *variar. resolut. lib. 1. resolut. 101.*

6. *Vtramque restituiamus contra reliquam.* Notatur ad hoc quod privilegiatus vti potest suo privilegio contra pariter privilegiatum, vt per Abb. Anton. Card. & Imol. qui articulus licet sic indistinctè difficilis videatur, pro illius tamen vera resolutione multiplices excogitarunt Doctores nostri distinctiones, vt videre est apud Bart. & reliquos in *auth. quas actiones*, C. de sacros. Eccles. Couar. in reg. possessor. p. 2. §. 2. n. 4. & pract. c. 7. n. 4. Tiraq. de privilegijs pie causa. priuil. 26. vers. *sed quid*, Perez l. 1. gloss. 1. pag. 62. col. 1. tit. 3. lib. 1. Ordinar. Azeved. l. 10. n. 5. tit. 3. lib. 5. noua recop. & l. 2. n. 245. tit. 10. lib. 8. Alex. conf. 155. n. 18. vol. 5. Decian. conf. 102. in princ. & conf. 126. n. 2. vol. 3. Cald. Pereira in *l. si curatorem*, verbo, *lasis*, n. 169. Pechi. de iure sistendi, c. 5. n. 4. Imber in *stit. forens. lib. 1. c. 27.* Surd. de alimentis, tit. 8. priuileg. 61. n. 1. Fr. Emman. q. Regul. tom. 1. q. 9. art. 11. Etalm. à Cochier de iurisd. Ordinarij in exemptis p. 1. q. 44. Ceual. communium contra comm. quest. 636. num. 2. Henric. conf. 20. num. 6. latè Hieron.

Fernandez de Ottero *Romanarum lucubr. disput. 2. per totam.*

In gloss. *Restituimus* ibi, in lucro. Notatur ad hoc quod Ecclesia conceditur beneficium restitutionis in integrum, etiam quando agit de lucro captando, quod facilitate, vel negligentia Prælati amisit, vt per Abb. hic n. 15 Bernard. regul. 219. Palat. in repet. rub. §. 47. n. 12. Spin. in speculo testam. gloss. 8. n. 63. Sanch. de matrim. lib. 5. disp. 4. n. 15. Et quod minor etiam ad lucrum restituitur, tenent Couar. *variar. lib. 1. c. 5. n. 2.* Tiraq. de retractu lig. §. 35. gloss. 2. n. 9. Flamin. de resignat. lib. 3. q. 7. n. 41. Cald. Pereira de resol. enphy. c. 14. n. 28.

In ead. gloss. ibi, *Item in confessionem*. Aduerte quod si minor legitime interrogatus, iuxta *l. clarum*, C. de auctor. præst. confiteatur delictum, vel debitum, de quo non poterat conuinci, restituitur, absque vlla probatione lationis, vel erroris, quia confitendo censetur læsus, est enim confessio actus sua natura nocius, gloss. 1. per text. ibi in *c. 2. hoc tit. lib. 6.* Duen. reg. 259. vers. *amplia*, Vezin. tom. 1. com. opin. lib. 9. tit. 2. n. 79. pag. 444. Clar. lib. 5. §. fin. q. 55. n. 12. & q. 60. n. 4. Hyppol. conf. 26. n. 9. & 10. Bonacol. com. crim. p. 1. verbo, *confessio* fol. 33. & verbo, *minor*, fol. 111. Menoch. de arbit. casu 268. n. 2. & conf. 110. n. 283. Ioan. Garc. de nobilit. gloss. 6. §. 1. n. 32. Malcard. de probat. concl. 1058. n. 22. & 23. & concl. 1273. n. 19 cum seqq. Cald. Pereira in *l. si curatorem*, verbo, *sua facilitate*, n. 32. & verbo, vel aduersarij dolo, n. 39 Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 122. n. 17.

In gloss. *Iure minoris*, ibi, *Item fungitur iure Im-9 perij*. Vide Perez l. 10. gloss. 4. post princ. tit. 10. lib. 4. Ord. Ceual. commun. contra communes, q. 500. à princip.

S V M M A R I V M.

- 1 Restitutio conceditur in causa fauorabili, etiam semiplene probata iuxta petendi causa.
- 2 Probatio semiplena sufficit, vt quis restituatur in causa fauorabili.
- 3 Declaratur text. in *presenti*.
- 4 Appellatione remota, vel prohibita, adhuc locus est supplicationi, vel remissioni.
- 5 Appellatio vbi denegatur permisum est vt per viam querela ad superiorem adeatur.
- 6 Seruus supplicare potest.
- 7 Sententia pendente supplicatione mandatur executioni præstita cautione quod omnia restituet.
- 8 Supplicari potest vsque ad biennium.
- 9 Restitutio in integrum quando petitur aduersus sententiam debet plene, & manifestè constare de latione ex contradietibus.

C A P. Ex literis. I V.

R Estitutio conceditur in causa fauorabili, vt in matrimonio, licet causa non sit plene etiam probata, vt si transacto termino mulier vult recognoscere appellationem, quia iurat se deceptam in termino. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Hostiens. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania. Ancharan. Panormitan. Butr. Henric. Mantua. Viuian. in *rationali primi libri iuris Pontificij*, pag. 509. Alagona in *compendio iuris Canon.* pag. 190. remissive Casal. in *annor.* & Ximen. in *concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Angust. collect. 2. Decretal. lib. 2. tit. 24. cap. ...

2 In fauorem tamen matrimonij, &c.] Notatur ad hoc quod in causa fauorabili, matrimonij scilicet, & similibus, ut quis in integrum restituitur, sufficit semiplena probatio, ut per Abb. hic n. 8. Malfcard. de probat. concl. 127 § n. 11. Vbi enim petitur restitutio à Principe per viam supplicationis, ex gratia potest ipse Princeps restituere, præcedente tantum semiplena probatione, ut per hunc text. tenet Sfort. Oddus de in integrum rest. q. 36 art. 10. n. 68. vers. limita tertio.

3 Ad audientiam restituimus.] Vide Perez l. 8 gloss. 7. pag. 235. col. 1. ad med. & pag. 237. col. 2. it. 4. lib. 2. Ord. di. Ceual. q. 9. n. 4. idest, ut perinde audiatur sicut poterat audiri ante sententiam, Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 100. n. 8. Obstat tamen, quia attentio iure potuit mulier de qua agitur audiri contra sententiam, de qua hic, ex reg. c. lator, & c. consanguinei, de re iud. ac subinde nec fuit necessaria, nec potuit competere restitutio, iuxta l. in causa 2 in primis de minorib. ut pungi gloss. in presenti. Vnde hic text. variè intelligitur per DD. in præsentis, & præcipue per Bero. num. 17. Communis tamen obtinuit necessariam fuisse restitutionem, quia mulier voluit, & petitur audiri contra sententiam ex actis antiquis, processibus, & instantia priori ad quā à Pontifice restituitur, siquidem reg. d. cap. lator, intelligitur per nouum processum, & instantiam inchoandam, non verò ex actis prioribus, quorum respectu sententia omnino transit in rem iudicatam, & finem fecit, iuxta text. in l. properandum, C. de iudic. cap. 2. ibi, sententia terminari de re iudic. Sic Butr. Abb. & alij in presenti. Abb. in d. cap. lator, num. 12. vbi Felin. 8. Conar. de sponsal. p. 2 cap. ult. §. ult. num. 1. vers. secundo. Pro quibus facit ultra verba text. ibi, audientiam, quia ut habetur ad gloss. ult. c. ad reprimendam, de offic. Ordin. & in d. cap. lator, & similibus, retractatur sententia per viam querelæ, quæ noua instituitur contra sententiam. Igitur libellus, & processus nouus in noua instantia requiritur, ac subinde in proposito huius text. competit, & conceditur extraordinarium restitutionis auxilium, quia pinguius, & utilius est respectu instantiæ eiusdem ad quam sit regressus, iuxta sententiam gloss. ult. in l. ult. C. si aduersus rem iudic. receptæ ex Pinel. in l. 2. C. de rescind. vend. p. 3. c. 1. n. 19. Intellige prædictam communem procedere, & nouum processum requiri, vbi error sententiæ contra veritatem prolata pendet ab errore processus, & probationum, quæ contra veritatem productæ sunt, ut in specie d. cap. lator, & d. cap. consanguinei, secus verò si processu rectè ritèque ordinato, & probationibus legitimis allatis secundum veritatem ipsa sententia contra actorum veritatem pronuntiata sit, itavt in ea tantum sit error, inueniunt enim tunc nouam litem institui, & nouas probationes frustra asserri, labores, & expensas magis anxi, vbi ex eisdem actis, & probationibus sententia emendari, & secundum veritatem proferri potuit. Sanè mulier hæc restituitur non ut vltimam sententiam retractet, quia nec contra illam agere intendit, sed ut prosequatur appellationem priorem, quam contra priorem sententiam proposuerat, ut latius innuit verba text. ibi, de causa prioris appellationis, &c.

4 In gloss. Supplicauit, ibi, quantumcunque remota sit appellatio. Notatur ad hoc quod remota, vel prohibita appellatio adhuc locus est supplicationi, vel reuisioni, ut per Guid. Papa dec. 50. Menoch. re-med. 4. disp. 1. de, n. 89. cum segg. Vincent. de Francis dec. 148. Capic. dec. 144. Decian. res. 47 vol. 1. Sord. conf. 277. Bander. in tract. reuisionum, concl. 27. Valasc. conf. 5. d. n. 40. Vbi enim appellatio denega-

tur permissum est, ut per viam querelæ ad Superiorem adeatur, Roland. à Valle conf. 94. n. 2. vol. 1. Menoch. de arbit. lib. 1. q. 70. n. 24. Aldree de religiosa disciplina, lib. 2. c. 28. n. 25.

In ead. gloss. ibi, Nam & seruus supplicare potest, 6 Vide Perez l. 5 gloss. 2. post princ. tit. 3 lib. 2. Ordin. & l. 8 gloss. 1. post princ. tit. 4 lib. 2. Azueved. l. 3. n. 5. tit. 17. lib. 4. noua recopil.

In ead. gloss. ibi, Sed pendente supplicatione mandetur sententia executioni præstita cautione quod omnia restituet. Vide Afflict. dec. 341. Magon. Florent. dec. 20. n. 15. Menoch. de arbit. lib. 1. q. 70. n. 3. & conf. 992. n. ult. Canal. an. dec. 14. n. 42. p. 1. Alex. Rauden. res. 14. vol. 1. Lancellot. de attentis, p. 2. c. 19. n. 6. & 17. Bander. in tract. reuisionum, concl. 20. n. 58. cum segg. Azueved. l. 14. n. 49. tit. 3 lib. 1. noua recopil. Cald. Pereira in l. si curatorem verbo, per quod, n. 32. Valasc. onf. 5. n. 28.

In ead. gloss. ibi, Supplicari autem potest usque ad biennium. Ita in regno Franciæ, prout refertur Guillem. in c. Ray. n. 1. verbo morio itaque testatore, in l. n. 173. Rebuff. in tract. de reuision. in præfat. num. 75. In regno Portugaliæ dantur duo menses, per Ordin. Regiam lib. 3. tit. 95. §. 1. In regno Castellæ quadraginta dies, ut per Perez l. 42. tit. 4. lib. 2. Ordin. Soar. à Pace in præf. som. 1. p. 7. c. vnic. n. 96.

In gloss. Ad ple. um. Notatur ad hoc quod quando petitur restitutio in integrum aduersus sententiam, debet plenè, & manifestè constare de læsione ex contractibus, Malfcard. de probat. concl. 1274. n. 10.

SVM MARIVM.

- 1 Ecclesia restituitur etiam contra sententiam Papæ, & causæ restitutionis in integrum debet presentibus partibus tractari.
- 2 Probatio semiplena requiritur in petenda restitutione in causa fauorabili quando argueretur dolus, & fraus aduersarij.
- 3 Citatio vnica ad totam causam admittitur quando pars resideat in longinquis partibus.
- 4 Ingenij bonitas supplet tempus in studentibus.

CAP. Tum ex literis. V.

Sententia Papæ contra aliquam Ecclesiam retractatur à successore, ut restituitur Ecclesia in integrum, & presentibus partibus denuo causa tractatur de iure, præsertim si per subreptionem timetur data. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Zabar. Colle. Bellam. Host. Ioan. Andr. Imol. Anania, Bald. Anchar. Panorm. Butr. Henric. Viuian. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 547. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 191. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 24. cap. 4.

Licet autem de fraude, &c.] Notatur ad hoc quod quando simul argueretur dolus, & fraus aduersarij, & essemus in causa fauorabili in petenda restitutione, requiritur semiplena probatio, ut per Sfort. de in integrum rest. quest. 36. art. 10. n. 67. Malfcard. de probat. concl. 1274. n. 11.

Propter multam locorum distantiam, &c.] Notatur ad hoc quod si pars resideat in longinquis partibus, itavt valde laboriosum esset eum citare ad singulos actus iudiciales, in hoc casu admittitur vnica citatio ad totam causam, ut per D. Barbosa in l. ad peremptorium, n. 183 ff. de iudicis, faciunt quæ Azueved. conf. 23. n. 73.

Quantum

Quando de iure poterimus.] Vide Perez l. i. gloss. 1. pag. 492. col. 2. vers. quero 15. tit. 2. lib. 3. Ordin. Morla in emporio iuris, p. 1. tit. 5. in preliud. n. 2. 1. & q. 3. n. 13. & sum. 1. 2.

In gloss. Instructus, ibi, quandoque enim ingenium, &c.] Notatur ad hoc quod ingenij bonitas supplet tempus in studentibus, vt per Marc. Anton. Genues. in pract. Eccles. q. 6. 13. Perez l. i. gloss. 1. pag. 517. in princ. tit. 4. lib. 3. Ordin. Tiraq. in prefat. primogenit. num. 202.

S Y M M A R I V M.

- 1 Petito restitutionis in integrum contra sententiam suspendit regulariter executionem sententia, nisi contra petentem restitutionem esse suspicio malitiae.
- 2 Restitutio in integrum postulata non est exequenda sententia, qua transiit in rem indicatam.
- 3 Restitutio petita contra Principis sententiam non habet effectum suspensiuum.
- 4 Suspicio calumniae cum adest non est admittendus tertius opponens se executioni.
- 5 Cautio idonea dicitur fideiussoria, seu pignoratitia, non autem iuratoria.
- 6 Restitutio opposita per viam exceptionis contra sententiam quando impedit executionem, ostenditur.

C A P. Suscitata. VI.

Restitutionem in integrum petens contra sententiam, suspendit executionem sententiae regulariter, sed si praesumitur malitiose petere restitutionem, vt differat executionem sententiae, tunc exequatur sententia, & pars in cuius gratiam fertur, dare debet cautionem de restituendo totum, quod interim accepit, si petens restitutionem obtinebit in causa. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Bald. Anchar. Panorm. Henric. Viuian. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 548. Alagona in compend. iuris Canonici, pag. 191. remissive Calal. in annor. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 4. Decret. lib. 1. tit. 2. 4. c. 1.

2 Collige ex text. quod postulata restitutione in integrum non est exequenda sententia, qua transiit in rem indicatam. Octau. vestr. in pract. lib. 8. c. 3. n. 16. Guttier. pract. lib. 1. q. 134. Ioan. Garc. de nobil gloss. 2. n. 21. Cenal. comm. contra communes q. 135. & q. 808. n. 44. & q. 830. n. 23. Morla in emporio iuris Civilis, p. 1. tit. 5. q. 3. n. 18. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo, per quod, n. 14. cum seqq. Flores de Mena var. lib. 1. q. 5. n. 49. cum seqq. Valasc. de partit. c. 39. n. 44. & ex decision. Benintend. decis. 85. Put. decis. 456. lib. 2. Capell. Tholof. decis. 54. Magon. Florent. decis. 111. quos refert Aloyf. Ricc. in collect. decis. p. 1. collect. 188. quamvis restitutio altiore requirit indaginem, nec statim probetur, Menoch. remed. 4. ad ipsi. c. n. 911. Cald. Pereira d. verbo, per quod, n. 19. & 22. vbi n. 15. resoluit quod quando aduersus tertiam sententiam restitutio imploratur, executio impediri nequit nisi incontinenti laesio probetur. Si vero restitutio non iustificetur ex integra probatione laesionis, aut etiam iustificetur, ex aliis circumstantiis apparet de malitia petentis restitutionem puta quia in tempore potuit petere, & ob differendam litem non opposuit, vel quod eam nunc opponit causa morandi executionem, aut

quantitas sit parua, nunc non impeditur executio, ita Flores d. q. 5. n. 59.

Notatur ad hoc quod restitutio petita contra Principis sententiam non habet effectum suspensiuum, & ea non obstante mandatur sententia executioni data cautione, quia semper est praesumptio malitiae contra petentem, vt per Lancellot. de attentatis c. 18. de attentatis restitutione pendente, n. 101. Cald. Pereira d. verbo, per quod, n. 26. Flores de Mena d. q. 5. n. 60.

Ne vero per excogitatum malitiam, &c.] Notatur ad hoc quod si adit suspicio calumniae, non est admittendus tertius opponens se executioni, vt per Lason. in l. 4. §. condemnatum n. 10. ff. de re iudic. Mich. Graff. tom. 2. com. opin. lib. 7. tit. 16. n. 119. pag. 83. Menoch. remed. 15. re. up. n. 325. cum seqq. Couat. pract. c. 1. n. 2. Cald. Pereira d. verbo, per quod, n. 27. Valasc. de partit. c. 39. n. 49. Aloyf. Ricc. d. collect. 188. vbi plures casus refert in quibus petito restitutionis in integrum non impedit sententiae executionem.

Idoneam cautionem.] Fideiussoriam scilicet, vel pignoratitiam, non vero iuratoriam, iuxta text. in l. si mandatio Titij 59. §. ult. ff. mandatis, gloss. 3. in cap. transmissa, de restit. spoliat. Duen. reg. 86. Cotta in memorialib. verbo, cautio idonea, Rebuff. tom. 1. ad leges Gallic. tract. de sent. execut. art. 1. gloss. 6. n. 31. Sanch. de matrim. lib. 10. disp. 18. n. 35. Farin. in praxi crim. p. 1. q. 33. n. 43. cum seqq. Steph. Gratian. discept. forens. c. 147. n. 22.

In gloss. Sententia, ibi, item licet incontinenti, &c. 6 Notatur ad hoc quod restitutio opposita per viam exceptionis contra sententiam transactam in rem indicatam, si est euident, aut incontinenti potest liquidari, ita quod non requirit altiore indaginem, nec adit praesumptio malitiae, impedit executionem, vt per Flores de Mena d. q. 5. n. 73.

S Y M M A R I V M.

- 1 Ecclesia post peremptorium terminum non auditur de iure communi, auditur tamen per beneficium restitutionis in integrum.
- 2 Primatia Hispaniarum causa in Concilio Lateranensi sub Innoc. III excitata fuit.
- 3 Bracharenfis Ecclesia contra Toletanam super Primatia cur ius suum non fuerat prosequuta, ostenditur.
- 4 Bracharenfis Ecclesia ad excludendam Toletanam nomine Primatis plura adducere potest.
- 5 Ecclesia, vel minor quando dicitur se laesam propter lapsum temporis, nunc non est opus probare laesionem.
- 6 Mandatum speciale requiritur ad petendam restitutionem.

C A P. Coram. VII.

Honor. III.

Ecclēsia post peremptorium terminum de iure communi non auditur, sed per beneficium restitutionis in integrum admittitur. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Zabar. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Anch. Panorm. Butr. Viuian. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 548. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 192. remissive Calal. in annor. & Ximen. in concord. p. 1. & 2.

Ex huius cap. constitutione comperimus iam a tempore Innocentij III. qui anno Domini 1198. ad culmen supremi Pontificatus ascenderat, super Primatia

Primatia Hispaniarum litem inter Bracharensem, & Toletanum Archiepiscopos motam, & contestatam fuisse, & ad probationem deductam; id enim insinuant, verba illa, *Coram felicio meo Innoc. Papa predecessore nostro, &c.* Et ut ex annalibus Hispaniae deducitur. Rodericus Ecclesiae Toletanae Antistes summæ facundie, & auctoritatis vir ab Alphonso Legionensi Rege Romam ad dictum Innoc. missus anno 1212. ut significaret sibi cordi esse magnam expeditionem parare contra Saracenos Christiani nominis hostes, dignareturque Sanctitas sua pro Cruce signatis Indulgentiam peccatorum concedere, & eaque impetrata, & bello feciliter confecto, profligatisque Saracenorum copiis, rediens dictus Rodericus anno 1213. Romam ad Concilium Lateranense celebratum sub prædicto Innocentio, in quo etiam interfuit Ioannes Bracharensis Archiepiscopus, de Primatia Hispaniarum questio excitata fuit inter dictos Archiepiscopos, & Taracensem, Compostellanum, ac Narbonensem, & cum unusquisque ad sui iuris confirmationem argumenta attulisset, ad sententiam non fuit causa deducta, plurimum tamen poterat Toletanus apud Pontificem, etenim concessit, ut per decennium in tota Hispania suum Legatum ageret, & si ciuitas Hispanensis, quæ tunc temporis penes Saracenos erat, ad Christianos rediret, subdita maneret Toletanae Ecclesiae, concessit etiam facultatem dispensandi cum bastardis usque ad numerum trecentorum, & quod nominare, & collocare posset Episcopos, & Sacerdotes in ciuitatibus & faucibus Maiorum ereptis, teste Franc. de Pila in *la historia de Toledo*, lib. 4. cap. 17. & licet maximam gratiam apud Pontificem fuisset assequutus, non tamen ei tributum fuit ius Primatiae.

3. Defuncto vero Innocentio succedente (que Honorio III. anno 1216. rescripsit ipse Honor. ut habetur in hoc text. Archiepiscopo, & Capitulo Bracharensi postulantes per procuratorem suum concedi sibi restitutionis auxilium tempus assignari ad adducendas Romam depositiones testium, & munimenta ad instructionem causæ paratas, quid in futurum actum fuerit, constabit ex processibus tamen postea cum Saracenis tam in Lusitania, quam in Castella pluries fuisse dimicatum, & Regem Sanctium huius nominis Secundum Regno pulsum, pro eius restitutione missos ad Innocentium Quartum Summum Pontificem Lugduni Concilium ad instaurandum belli sacri commorantem Antistes Bracharensem, & Comimbrensem, & decreto dicti Pontificis eam Regni commissam Alphonso Comiti Bononiensi, fratri dicti Regis, qui ei in Regno successit, constat etiam ex dictis annalibus Alphonsum prædictum relicta Matilda uxore, cum qua Comitatum Bononiensem fuerat assequutus, aliam duxisse, propter quod per annos duodecim Regnum Portugaliae interdicto supponitur à dicto Pontifice: his procellis, & aliis bellorum perturbationibus inter Reges Portugaliae, & Castellæ excitatis tunc non potuit Bracharensis Ecclesia ius suum prosequi contra Toletanum Archiepiscopum ad eum excludendum à nomine, quod Primatis usurpauerat, in quo autem Bracharensis Ecclesiae ius fundetur latissime deduxi in *meo tract. de officio, & potestate Episcop. p. 1. tit. 3. c. 8. per totum*, ubi videre poteris ad satisfactum, & nouissime Sebast. Cæs. de *Eccles. hierarchia p. 1. disp. 4. de Patriarchis & Primat. disp. 4. §. 5.*

4. *Munimenta.* Plura pro se ad excludendum Toletanum Archiepiscopum poterat adducere Bracharensis Ecclesia, nisi tunc bellorum perturbationibus impediretur, nam si ad ciuitatis antiquitatem, & pri-

mauiam sacri Euangelij prædicationem aduersas inuenies Toletum multis annorum centenariis antiquiorem, & prius tres Episcopos Martyres habuisse, quàm Toletum primum consequeretur, ut in d. c. 8. ex antiquissimis historiis clare ostendi, non enim ad hoc pertentandum opus est Delio natatore, quilibet, vel leuissimè historiæ literis tinctus, si omnia inoffenso pede percurrat, Bracharensem Archiepiscopum totius Hispaniæ Primatem agnosceret, ut agnouit Portugaliae Collector generalis, & sententia sua confirmauit, cum anno Domini 1619. Illustr. D. Alphonso Hurtado de Mendoza vigilantissimus Bracharensis Ecclesiae Archiepiscopus Vlyssipone, Philippo III. Hispaniarum Rege ibi tunc commorante, in conspectu totius populi Primatiæ ius defendit, inuictatumque conseruauit. Nec ipsi Castellani (licet Primatiæ ius ex privilegio sibi competere præsumant) hac rempessate id dissentent, nec Bracharensem Ecclesiam a nomine, & privilegiis Primatis, quæ huc usque summa cum obseruatione retinet, excludere potestati sunt, cum sæpe sæpius occasio sese obtulisset, transiente scilicet Illustr. D. Fr. Bartholomæo à Martyribus per ipsam Ciuitatem Toletanam Cruce Primitiæ erecta, & in oppido Matritij Toletanae diocesis præeunte Primitiæ Cruce in funebri pompa, Illustr. D. Fr. Alexij de Menesses magno populi concursu sepulti; quæ cum ita se habeant, & in dies magis, magisque Bracharensis Primatiæ ius pluribus vetustatis, & monumentorum testimoniis noniter repertis, & in lucem prodentibus clarescat, quæ tot annorum centuriis conspecta delitebant, iure optimo precari opus est, ut Deus Opt. Max. illi Ecclesiae vigilantissimum mittat Pastorem, qui dormientem Primatiæ causam feliciter possit ad finem perducere.

Postularum. Notatur ad hoc quod quando Ecclesia, vel minor dicunt se lætos propter lapsum temporis, tunc mox est opus probare læsionem, ut per Mascard. de *probat. concl. 1274. n. 11.*

Speciale mandatum. Per hunc text. tenent omnes 6 in presenti quod ad petendam restitutionem requiritur mandatum speciale, similis text. ubi Bart. & communis, in l. illud 26 §. si talis, ff. de *reor. l. vnic.* sic intelligenda, C. etiam per procurat. Ausfer. ad *Capell. decis. 55.* Guttier. *pract. lib. 2. q. 87. num. 3.* Mantici. *decis. 11. num. 1.* Couar. *lib. 1. Variar. cap. 6. à princip.* Menoch. *conf. 160. n. 283.* Maurit. de *in integr. restit. cap. 2. cum seqq.* Sfort. *cod. tract. part. 1. q. 31. num. 12. cum seqq.* Marc. Anton. de *Amatis decis. 97. num. 6.* Peregr. Iannin. de *reali citat. lib. 3. cap. 21. numero 359.* Cald. pereira in l. si curatorem, verbo, *implorandum*, à num. 14. Morla in *emporio iuris, part. 1. tit. 5. in princ. num. 12.* Cenal. *communium contra commun. q. 135.* Bernard. Græuar. ad *pract. Camera Imper. lib. 2. concl. 143. confid. 1. n. 8.* Stephan. Gratian. *Marchia decis. 196. num. 4.* & *discept. forens. cap. 105. num. 25.* ubi quamvis non sit expressa persona, vel causa, Farin. *part. 4. decis. 54.* Intellige etiam consanguineus eam petat, licet enim alias admittatur sine mandato, l. sed hæc, ff. de *procuratorib.* non tamen in causa restitutionis sine mandato speciali, l. patri 28. de *minorib.* docet gloss. verbo, non, in l. exigendi, C. de *procurator. communis ex Ripa in cap. cum Al. n. 60. de constitut. Tiraq. de *retrah. lig. 3. gloss. 10. num. 98.* & gloss. 13. num. 34. Mench. *quest. freq. cap. 22. n. 11.* Cald. Pereira d. verbo, *implorandum*, num. 98. D. Barbosa in l. 3. num. 23. ff. *solutio matrim.* Intellige etiam procedere tantum quoties principaliter petitur restitutio, secus ubi incidet, tunc enim speciale mandatum non requiritur, Bart. in l. cum procurator, & ibi Ialon. in *princ. n. 4. ff. de**

de noui operis num. Myning. cent. 2. obseru. 26. vers. verum predictum dogma, Hieron. Magon. Florentina decis. 70. n. fr. Joseph. Ludou. conf. 30 n. 10. Cald. Pereira d. verbo, implorandum, n. 11. Kirchoff. & Balb. tom. 1. comm. opin. lib. 2. tit. 23. à n. 1. cum seq. pag. 343. Sufficit tamen generale mandatum si procurator fuerit constitutus ad omnia & singula, quæ ipsemet dominus facere posset, etiam si talia forent, quæ requirerent mandatum speciale, Cassad. decis. 1. n. 3. de procurator. Mantica. d. decis. 11. n. 1.

SYMMARIVM.

- 1 Minor restituitur in eo quod contraxit, vel omisit, si probat exinde se laicum, & sit infra tempora restitutionis petende.
- 2 Clericus secularis admittitur ad retractum.
- 3 Retrahi sola res patrimonij, vel generis potest etiam si uno, eodemque pretio fuerit vendita cum alia, vel aliis non patrimonialibus, dolo etiam, vel fraude non probatis.
- 4 Restitutio conceditur aduersus lapsum tempus ad retrahendum rem autam oblato pretio.
- 5 Consuetudo mixta clericorum, & laicorum omnes clericos qui ea vtuntur, ligat.
- 6 Filius per sacerdotium non liberatur à patria potestate.
- 7 Consuetudo valet quod teneatur quis rem suam vendere.
- 8 Coniunctus pro coniuncto in integrum restitutionem petere potest.
- 9 Minor an debeat probare se esse intra quadriennium concessum ad restitutionem, ostenditur.
- 10 Libellus alternatiuus an admittatur, ostenditur.
- 11 Petitio alternatiua in dubio admittitur quando eius certitudo pender à facto, seu voluntate conueni.

CAP. Constitutus. VIII.

Gregor. IX.

- 1 Minoris favore contractus illius deficiens in solemnitate iuris rescinditur, si verò illa non desit, sed minor est lapsus, subuenitur ei per beneficium restitutionis in integrum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Host. Zabar. Bellam. Ioan Andr. Imol. Anania, Ancharan. Panormitan. Butr. Henric. Bald. Viuian. in rationali primi libri iuris Pontificij, pag. 549. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 192. remissiuè Casal. in annor. & Ximen. in concord. p. 1. & 2.
- 2 Vel cum adhuc existant, &c. Notatur ad hoc quod clericus secularis admittitur ad retractum, vt per Tiraq. de retract. lig. §. 1. gloss. 8. n. 41. Perez l. 6. gloss. 1. pag. 213. col. 3. tit. 7. lib. 5. Ordin. & vtitur consuetudine quæ dat facultatem retrahendi rem à consanguineo venditam, vt per eundem Tiraq. de iure primog. q. 44. n. 9. Surd. conf. 2. à n. 3. Greg. l. 5. verbo, deue auit, in med. tit. 5. p. 5. latè Guttier. pract. lib. 2. q. 216. à princ. vbi n. 2. asserit quod clericus potest à laico rem autam, vel patrimoniale, cui fuit distracta, & n. 3. quod clerico vendente rem patrimoniale, vel autam laico, habet etiam locum retractus, & n. 4. quod in clerico emptore habet locum retractus, & n. 6. quod clericus, à quo res retrahitur, conueniendus est coram iudice Ecclesiastico, & n. 7. quod retractus habet locum etiam si venditor, & emptor sint clerici.

Ius offerendi emptori, &c. Notatur hic text. ad hoc quod sola res patrimonij, vel generis potest retrahi, etiam si uno, eodemque pretio fuerit vendita cum alia, vel aliis non patrimonialibus, dolo etiam, vel fraude non probatis, vt per Tiraq. de retract. lig. §. 2. n. 1. Matens. l. 7. gloss. 7. num. 1. tit. 11. lib. 5. noua recop. latè Guttier. pract. lib. 2. q. 162. per totam.

In integrum restituere studeatis, &c. Notatur in his verbis ad hoc quod aduersus lapsum tempus ad retrahendum rem autam oblato pretio, siue tempus illud ad retrahendum incipiat à defuncto, siue à minore, quia minor lapsus reperitur, conceditur restitutio, vide Conar. pract. c. 26. n. 4. post Guid. & Boer. resoluunt Garc. de nobilit. gloss. 6 §. 1. n. 19.

Iuxta municipij Parrofinen. consuetudinem. Ergo in foro Ecclesiastico cause sunt decidende secundum consuetudines municipales, sed tu dic procedere in consuetudine mixta laicorum, & clericorum, hanc enim omnes clericos, qui ea vtuntur, etiam ligare resoluunt Abb. l. 6. & in e. cum causam, not. de re iud. quem sequuntur Felin. in cap. Ecclesia S. Maria. n. 81. de cons. Tiraq. le mort p. 3. delar. 8 n. 4. Greg. Lop. §. gloss. 3. tit. 2. p. 1. Card. Tusch. tom. 2. littera Econcl. 891. Soar. de legib. lib. 7. c. 16. n. 9.

Emancipauit eisdem. Igitur per sacerdotium non liberatur filius à patria potestate, sicut per hunc text. tradunt Azeved. l. 8. n. 12. tit. 1. lib. 5. noua recop. & tenent Conar. in e. quia nos, n. 5. de testam. Gom. l. 48. Turri. n. 7. Ascan. de patria potest. c. 8. n. 6. Ferdin. Paëz de excusandis parentibus ob numerum liberorum, n. 71. Molin. de iustit. tract. 2. disp. 129. vers. sextus, in med. Rebello de oblig. iustit. p. 2. lib. 1. q. 8. sect. 6 n. 60. vers. sed quid, Sanch. in precepta Decalogi, lib. 4. c. 33. n. 17. Guttier. in reper. §. sui, n. 8. l. 1. de hered. qualis. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo, lapsus, n. 130. Valasc. conf. 108. n. 6. cum seqq. licet contrarium teneatur Marta de iurisdic. p. 4. cent. 1. casu 27 n. 5.

Consuetudinem approbatam, &c. Notatur ad hoc quod valet consuetudo quod teneatur quis rem suam vendere, vt per Tiraq. in prefat. retract. num. 13. Surd. decis. 168 n. 5.

Pro se, ac fratre suo. Ergo coniunctus pro coniuncto in integrum restitutionem potest petere contra id quod in e. coram, n. 6. supra hoc tit. dixi, sed Panorm. hic col. fin. ex aliorum mente adnotauit fratrem, de quo in presenti, fratris mandatum habuisse, idque hic tum præsupponit quatenus inquit quod fratris nomine egit, vt etiam ponderauit Con. lib. 1. var. c. 6. ante n. 6. quo etiam loco n. seq. adnotauit textum perdoctè intelligi posse in fratre eodemque litis consorte, quem posse in integrum restitutionem petere pro minore consorte suo, probauit Felin. Dec. & Ripa, quorum meminit idem Con. d. l. 6. per Clem. Religiosus de procurat. sed Conar. d. loco hoc omnino non probat priori intellectu magis adhærens, atque etiam Mench. freq. c. 23. n. 11. & 12. & Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo, implorandum, u. 8. vers. non etiam obstat.

Infra tempus ad obtinendum beneficium, &c. Ergo minor debet probare se esse intra quadriennium concessum ad restitutionem, Abb. & Butr. hic n. 1. Salyc. & Alex. num. 2. vbi commendat hunc text. in l. 6. minorem, C. hoc tit. Afflic. lib. 2. const. rubr. 8. num. 21. Menoch. conf. 100. num. 280. Sed contrarium verius est, imo quod aduersarius debeat probare maiorem ætatem, & sic effluxum iam esse quadriennium, tenet post Imol. Cost. Curt. & alios, Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo, infra num. 19. vbi in vers. neque mouere, asserit quod minor hic petens restitutionem, incaute

caute agens, exposuit se iam maiorem esse, & propterea oportuit illum deducere, & probare non se ad eam maiorem esse ut annum vigesimum nonum excederet, vel quod hic text. agit de allegatione partis facta ex superabundanti; vel quod hic Summus Pontifex solum refert p. tentis restitutionem factam, & allegationem, qui ad maiorem cautelam, & aduersarij destructionem allegauit, & proposuit adhuc quadriennij tempus lapsum non esse, ac proinde negari sibi restitutionis auxilium nullo modo posse.

10 Cuius successores existunt] Vide Cald. Pereira de re-nouat. enphyi. p. 16. n. 26.

11 Vel venditionem.] Ergo admittitur libellus alternatiuus, contra notata in c. 2. de libelli oblat. & in l. Prator edixit, §. quod autem ff. de inin. & quae tradunt Franc. Marc. decis. 807. n. 4. volum. 1. Myning. cent. 4. obseru. 11. Camill. Borrell. in summa omnium decis. tit. 49. de libello, l. 78. Ea vero ratione admittitur in presenti, quia minores hic probabiliter innotabant quod remedium sibi competere, Innoc. Card. Abb. & communis hic, l. 45. in l. ubi autem §. qui illud. n. 1. ff. de verb. oblig. Aufer. ad Capell. decis. 469. Cassan. in consuet. Burgund. rub. 9. §. 2. i. gloss. ult. n. 7. Ximen. Tolet. in concordantiis iuris Canon. super hunc text. p. 1. pag. 147. De iure enim alternatiua petitio admittitur, quando eius certitudo pendet à facto, seu voluntate conuentioni, vide Gom. l. 45. Tauri. p. 159. col. 3. & tom. 2. var. c. 11. n. 40. ad fin. Pinel. in l. 2. c. de rescind. vendit. p. 3. c. 3. n. 8. Vnde Hippol. de Marfil. conf. 49. n. 48. vult, quod si dominus vendicat rem emphyteuticam, quod emphyteuta cessauit soluere canonem per triennium, vel alienauit rem irrequisito domino, quod procedit talis libellus alternatiuus, quia utraque pars alternatiua concludit, iuxta l. vlt. c. de iure emphyt.

12 Quo circa mandamus, &c.] Vide l. in §. curare, l. 1. prope finem, Instit. de actionibus. Sarm. lib. 1. select. c. 13. n. 11. vers. nec hinc opinioni, & de redditibus Eccles. p. 1. c. 4. n. 13. Azeved. l. 6. n. 3. tit. 10. lib. 9. noue recep. Ceuall. communium contra communes. q. 53. l. ubi an contra minorem currat praescriptio statutaria, Morla in emphyto iuris Ciuili. p. 1. tit. 5. q. 10. n. 5. In gloss. Utraque. Vide Pinel. in l. 2. c. de bonis matron. p. 3. n. 110. vers. praedicta. In gloss. Consuetudinem. Vide Guttier. pract. lib. 2. q. 150. n. 4.

S V M M A R I V M.

- 1 Restitutio in integrum postulanda est ab Ordinario administrationem habente, vel à delegato ab eo, siue hac causa sit specialiter delegata, siue incidat in causa generaliter sibi commissa, ab Ordinario vero administrationem non habente, vel à delegato peti non debet nisi veniat incidenter.
- 2 Restitutio in integrum postulanda est ab Ordinario administrationem habente, vel à delegato ab eo.
- 3 Ecclesia laesa in contractu per in integrum restitutionem laicos coram Ecclesiastico iudice conuenire potest.
- 4 Delegatus iudex non solum de causa sibi nominatim commissâ, sed & de alia quoque, quae incidenter aduenit, potest cognoscere.

C A P. Causa. IX.

- 1 Beneficium restitutionis in integrum potest dare iudex ordinarius habens administrationem, & eius delegatus, siue speciale mandatum habeat de hoc

beneficio, siue non, sed incidat in negotio ipso. At Ordinarius, vel d. legatus, aut arbiter, qui non habet administrationem, non possunt, nisi coram eis incidat questio. Item in causa matrimoniali vel liberali, aut criminali non potest assumi arbiter cum tales causae requirant maiores iudices. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Host. Imol. Anan. Bald. Panorm. Anch. Butr. Henric. Viu. in ration. primi lib. iur. Pontif. pag. 149. Alagon. in compend. iuris Canon. pag. 192. remissive Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 1.

Collige ex text. restitutionem in integrum postulandam esse ab Ordinario administrationem habente, vel à delegato ab eo, vt per Cald. Pereira in l. si curatorem, verb. implorandum, n. 19. & 20. Sbroz. de offic. Vicarii, lib. 3. q. 13. n. 2. Nam Ecclesia laesa in contractu de cuius nullitate, vel rescissione agitur per in integrum restitutionem, laicos coram Ecclesiastico iudice conuenire potest, vt ex Innoc. singulare dicit Rom. sing. 112. Cou. lib. 1. var. c. 4. n. 2. Guttier. canon. lib. 1. c. 34. n. 10. Lap. alleg. 65. Soc. sen. conf. 18. n. 32. vol. 1. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de fauore cleric. reali, §. 5. n. 56. Cald. Pereira d. verbo, implorandum, n. 34. generale seu magis vulgare adducens brocardicū ex Innoc. quod quoties Ecclesia vititur privilegio aliquo, seu iure speciali contra laicos, coram Ecclesiastico iudice agere potest, D. Barbof. in l. heres absens. §. proinde. a. n. 3. ff. de iudic. Ordin. Regia Luit. lib. 2. tit. 1. §. 6. quid autem seruetur in Francia refert Rebuff. in tract. except. n. 128.

Nisi coram eis mota fuerit incidenter.] Nota ut ad hoc quod index delegatus non solum de causa sibi nominatim commissâ, sed & de alia quoque, quae incidenter aduenit, potest cognoscere, vt per Tiraq. in tr. res inter alios, vers. eadque procedunt, pag. mibi 10.

S V M M A R I V M.

- 1 Restitutio denegata Ecclesiae ulterius sibi non conceditur, nisi ex noua causa, restituitur tamen appellandum à sententia denegationis.
- 2 Restitutio ubi semel denegatur amplius concedenda non est.
- 3 Minor restituitur ad appellationem omisam.
- 4 Minori an currat tempus decem dierum appellandum, ostenditur.

C A P. Beneficio. X. & fin.

Ecclesiae, cui beneficium restitutionis negatum fuit, si in alio iudicio iterum idem petit beneficium, non conceditur, nisi habeat nouas defensiones ad impetrandum dictum beneficium, bene tamen conceditur beneficium restitutionis ad appellandum à sententia denegationis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anan. Anch. Butr. Panorm. Henric. Host. Viu. in ration. primi lib. iur. Pontif. pag. 151. Alagon. in compend. iur. Canon. pag. 192. remissive Ximen. in concord. p. 2.

Potest denegari.] Vbi enim semel restitutio denegatur, amplius concedenda non est, l. 1. & seq. C. si sapius in integrum restitutio postuletur, Anton. Gom. var. tom. 2. c. 14. n. 5. col. 2. Sfort. de in integrum restit. q. 72. n. 40. & q. 16. n. 7. & 13. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo, implorandum, n. 12. Donel. comment. iuris Ciuili. lib. 2. c. 12. col. 6. Aloyf. Ricc. in collect. decisionum collect. 1525. vbi multipliciter limitat, & collect. 1518.

Præterquam ad appellationem omisam.] Nota ut ad hoc quod minor restituitur ad appellationem omisam, vt per Menoch. praesumpt. lib. 3. pres. 82. n. 8. cum segg.

segg. Mascard. de probat. concl. 960. num. 17. cum seqq. & concl. 1058. a. n. 17. & concl. 1273. n. 6. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo, vel adversarij dolo, n. 18. Gutierrez. pract. lib. 3. q. 17. n. 17. Flamin. de resignat. tom. 2. lib. 1. 1. q. 4. n. 56. Azenc. l. 1. a. num. 3. 1. tit. 18. lib. 4. noue recopil. Ioan. Garc. de nobilit. gloss. 6. s. 1. n. 5. 1. cum seq. Flores de Mena. ver. lib. 1. q. 5. n. 6. Bernard. Graez. ad pract. lib. 4. Camera Imper. lib. 1. concl. 143. num. 1. cum seq. Quid si procurator non appellauit, vide Cald. Pereira d. l. si curatorem, verbo, sua facultate num. 35. Et an minori currat tempus decem dierum ad appellandum, vide eundem Cald. Pereira de resolut. emphyt. c. 14. num. 21. cum seq. Aduertendum duxi cum Bartol. in l. Praeses, n. 6. C. de appellat. quod quando minor appellauit, & non est prosequutus, ista lesio contingit coram iudice ad quem coram quo debebat prosequutio fieri; si vero minor non appellasset, & vellet restitui ad appellandum, tunc ista lesio contingit coram iudice a quo, quia coram eo debebat appellare, unde coram ipso restitutionem petere debet, de qua doctrina Bartoli vide Gregor. l. 1. verbo, delante, tit. 16. p. 3. Aufrer. ad Capell. decif. 391. Bellacomb. & Villalob. tom. 1. comm. opin. lib. 2. tit. 2. n. 1. & 2. pag. 341. Rebus. tom. 2. ad leges Gallie, tract. de restit. in praesat. n. 16. Sfort. de integritate restit. p. 2. q. 71. art. 1. n. 30. Ioan. Garc. d. num. 51. Cald. Pereira d. verbo, implorandum, n. 17.



De Alienatione iudicij mutandi causa facta.

TIT. XLII.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabari. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panormit. Butr. Guillelm. Durand. in breuiario aureo iuris Canonici, fol. 43. Petr. de Rauenna in compend. iuris Canon. Martin. Mesnart. in epitome Decret. fol. 46. Dan. Venator in analysi methodica iuris Pontif. a pag. 149. Goffred. & Host. in summa huius tit. Alex. Cassan. & Anast. Germ. in paratitulis ad quatuor libros Decretalium, Barth. Carthag. in exposit. tit. iuris Canon. nonissime Ioan. Honor. lib. 1. summ. in decret. omnes sub hoc tit.

De materia huius tit. vide Adrian. Puluar. ad edictum super hunc tit. Donel. comment. iuris Civilis, lib. 20. c. 3. Cujas lib. 17. obseru. 6. Guillelm. Durand. in speculo iuris lib. 4. sub hoc tit.

S V M M A R I V M.

- 1 Rescriptis vigore impetrati contra alienantem conueniuntur is, in quem facta est alienatio rei causa mutandi iudicij.
- 2 Alienans in fraudem causa iudicij mutandi tenetur actione in factum ad interesse, & damna.
- 3 Alienans rem causa iudicij mutandi, & eam recuperans ante litem motam, non incidit in edictum tit. de alienatione, & c. idem in alienante rem, quam nondum tradidit, n. 4. & quando agitur actione personali, n. 5.
- 4 Calliditas in dubio non presumitur.

CAP. Ex quorundam. I. Alex. III.

Commissionis literas aliquo impetrante à Papa, si aduersarius maliciose ad literas illudendas appellat, vel transfert in alterum possessionem rei, de qua controuertitur, & el maliciose se absentat, tunc iudex debet cogere eos, qui ingesserunt se in possessionem, ut cessante appellatione pareat equitati iuris. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabari. Innoc. Bellam. Io. Andr. Imol. Anan. Anchar. Henric. Panorm. Bald. Host. Mant. Viuian. in ration. primi libri iur. Pontif. pag. 554. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 194. remissuè Ximen. in concord. p. 1. & 2. referunt ab Anton. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 32. c. 1. & est post Concil. Lateran. sub Alex. p. 49. c. 5.

Commutationem fecerint. Propter quam alienans in fraudem causa iudicij mutandi incidit in edictum huius tituli, & tenetur actione in factum ad interesse & damna, eo quod duriorem aduersarium constituerit, l. 1. aqua 3. §. per. ff. hoc tit. l. vni. C. de. Donel. comment. iuris Civilis, lib. 20. c. 3. col. 1.

Primo limita in alienante, qui iterum alienatum recuperat ante litem motam, l. ex hoc, §. ult. & l. segg. ff. hoc tit. l. 1. in l. ult. n. 135. C. de iure emphyt. Tiraq. de retractu lig. 8. 1. gloss. 9. n. 12.

Secundo limita in alienante rem, quam nondum tradidit, ut per Cald. Pereira de resolut. emphyt. c. 5. n. 38. ubi etiam quando iterum receperit.

Tertio limita quando agitur actione personali, quia hic titulus procedit in actione reali, Surd. decif. 172. n. 2. tunc enim prius agendum erit rescissoria, seu reuocatoria, ex Surd. decif. 156. n. 7.

Calliditatem. Quae requiritur ut actio ex hoc edicto locum habeat, cessat enim data bona fide, l. nam essi §. alienare, ff. hoc tit. In dubio autem calliditas non praesumitur, sed saltem ex coniecturis probanda est, l. dolum, C. de dolo, l. si dolo, C. de rescind. vendit. Tiraq. de retractu lig. 8. 26. gloss. 1. n. 3. c. Praesumitur verò quando paulo ante motam litem fuit facta alienatio, ex Surd. decif. 26. n. 87.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus causa mutandi iudicium non debet recipere cessionem à laico.
- 2 Cessio actionis, seu litis facta clerico per laicum non valet tanquam simulate concepta.
- 3 Clericus ratione fori potentior dicitur, eo casu, quo iurisdictionis privilegio laicum coercere potest.
- 4 Potentior ille dicitur, qui ratione officij, quod gerit, vel privilegij, potest vel minari, vel alios vexare.
- 5 Diuitiae reddunt quem potentiores.
- 6 Verbum, afficiant, ferendam sententiam significat.
- 7 Cessio facta per laicum clerico praesumitur in dubio fraudulenta.

CAP. Ex parte. II. Greg. IX.

Clerici sub censuris prohibendi sunt ne accipiant, vel emant quaestiones, & causas secularium, ut trahant secularia ad forum Ecclesiae. Item cessiones, & emptiones litium legitime prohibentur in iure. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Host. Anchar. Henric. Boich. Butr. Mant. Viuian. in ration. primi libri iur. Pontif. pag. 555. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 194. remissuè Ximen. in concord. p. 1. & 2. Probat